Plenipotentia Illustriss. Domini Ducis in Prussia in Personas infra scriptas ad acci-piend. renovationem juramentique fidelitatis et Homagium praestan.

Posteaquam Serenissimus ac Potentissimus Princeps et
Dominus Dominus Sigismundus Augustus dei gratia Rex Poloniae,
Magnus dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae,
Samogitiaeque Dominus et haeres, Dominus noster clementissimus et
in Comitiis suis die divae Catharinae sacra ad re-
novationem investiturae ducatus Prussiae, et ad
praestandam suae Regiae Majestatis debitam juxta ritum et
formam perpetui foederis atque pactorum literis obsigna-
torum fidelitatem, ad multiplicem atque humilem requisitio-
nem sua regia clementia nobis Alberto seniori
dei gratia Marchioni Brandenburgensi in Prussia
Stetinio, Pomeraniae, Cassubarum ac Slavorum
duci, Burgravio Nurenbergensi Rugiaeque Principi li-
teris designavit, nihil sane prius duximus quam
regiae Majestatis clementissimae voluntati atque petitio-
ni nostrae gerere et ad dictum diem declaratae nostrae
clementiae gratia coram sacra Regia Majestate nos si-
stere totaque ad votum suae Majestatis exequi, eamque ob causam nos
maturius accinximus et aliqua parte ejus divino juvante
confecimus, tum cum in hac parte profectionis Omnipotentis
Dei judicio gravi valetudine et magnis doloribus corpo-
ris affecti essemus, adeo ut nec equo nec vehiculo
ingredi ulterius valeremus invitos nos ac graviter
dolentes mutare consilium oportuit. At quod ipse coram per nos-
metipsos exequi atque efficere constitueramus aliis
deinde mandare et per alios nostro nomine expedire.
Itaque Generosos Nobiles, Strenuos et praecla-
ros Viros Fridericum Truchses Baronem, a Walt-
burgk, Johannem a Kreytzen Cancellarium, Andream
in Cammeren et a Joachim Brand in Tapiau Capita-
neum, et Christophorum Jonam Jurisutriusque doctorem
et